

# The Electronic Manipulus florum

www.manipulusflorum.com

## Potestas q cum uariis

Potencia Domini non minor est in regno potentissimo transferendo quam in tugurio pauperis euertendo. Quis in Grecia potentior fuit Alexandro? Ei tamen successisse legitur non suus sed saltatricis filius. Successorem Iulio Cesari fecit adoptio, non natura. Cesaree domus totum relege et reuolue progressum, et inuenies quia in breui perit memoria eorum et ad inferos descendentes quoniam a se scienciam Domini repulerunt et ipsi repulsi sunt, eisque heredes aut ignoti aut extranei successerunt.

Petrus Rauennas in quodam sermone.

---

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>):

transferendo] conferendo P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; quis] enim *add.* P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; Grecia] gracia P V<sup>1</sup>; successisse] suggestisse L<sup>2</sup>; quia] quod P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; in *om.* V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; heredes] herodes P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; Rauennas] Chrysoloras V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>